

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIATE  
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,  
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE MEMBRIS ECCLE-||SIAE MILITANTIS,|| TRIBVS LIBRIS|| EXPLICATA.||

**Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>**

**Ingolstadii, [1599]**

**VD16 B 1607**

XX. Paupertatem volu[n]tariam rectè Deo voueri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53880](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-53880)

## CAPVT XX.

*Paupertatem voluntariam rectè Deo voueri.*

**R**ESTAT pars quæstionis postrema, in qua, ut promisimus, tria vota monastica defendenda sunt. Incipiemus à voto paupertatis, inde ad votum obedientiæ, postremò ad votum continentiæ, de quo potissima quæstio est, veniemus.

Igitur PAUPERTATEM voluntariam rectè suscipi ac Deo voueri, PRIMO probatur ex illis verbis Marth. 5. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Vbi notandum est, pauperes in Scriptura tribus modis accipi solere. Primo dicuntur pauperes, qui sunt afflitti, ut Psalm. 24. *Vnicus & pauper sum ego, tribulationes cordis mei multiplecata sunt.* Secundò dicuntur pauperes, qui sunt humiles, ut Isaïæ vlt. *Ad quem respiciam nisi ad pauperculum, & contritum, & trementem sermones meos?* Terriò dicuntur pauperes propriè, qui non sunt diuites, idque tribus modis, aut actu, sed non affectu, aut affectu, sed non actu, aut actu simul & affectu.

Quinque igitur existunt huius loci expositiones. PRIMA est Caluini in hunc locum, qui per pauperes intelligit afflitos. Sed hæc expositio non est germana; nam coincideret tunc hæc prima beatitudo cum tertia: *Beati qui lugent, aut cum ultima: Beati qui persequitionem patiuntur.* Et præterea non est expositio Parrum, ac demum Lucæ 6. Dominus pauperibus diuites opponit.

SECVNDA expositio est Chrysostomi in commentario huius loci. & Augustini libro 1. de sermone Domini in monte, qui per pauperes intelligunt humiles; quæ expositio vera quidem est, sed non primario intenta, ut paulò pòst ostendemus.

TERTIA esse potest, ut beati dicantur illi, qui sunt pauperes actu, non affectu; sed hæc falsa expositio est, & à Patribus reprehenditur; non enim beati, sed miseri sunt isti pauperes; quo circa Dominus addidit, *spiritu, id est, voluntate, & electione,* nec qualicunque voluntate, sed spirituali, ut notat S. Bernardus serm. 1. de festo omnium Sanctorū. Fue-

SS 5 runt

runt enim etiam Philosophi quidam voluntate pauperes sed non spiritu pauperes, quia non propter Deum, sed propter curiositatem amarunt paupertatem.

**Q**UARTA expositio esse posset, quod beati dicantur pauperes affectu, licet non actu. Haec vera est, sed non principi intenta, ut mox ostendam.

Estigitur **Q**VINTA, ut beati dicantur, qui propter Deum sponte eligunt paupertatem, & proinde etiam humilitatem & pauperes spiritu hoc loco nominari eos, qui sunt voluntari pauperes, & proinde etiam humiles; nam ut plutimum diuitiae elationem, paupertas humilitatem gignit. Ita explicant B. Ambrosius in caput 6. Lucæ, B. Gregorius Nyssen, B. Hieronymus, & venerabilis Beda in caput 5. Matth. non S. Leo I. in sermone de illis verbis Domini Matth. 5. q[uod] paupertatis voluntaria, & humilitatis simul meminerunt. Item Chromatij, & Anselmi in hunc locum, Basilij, Bernardi serm. 1. de festo omnium Sanctorum, & reformatum, ut Abulensis, Lirani, Caietani, Iansenij, & aliorum, qui de paupertate voluntaria, & actuali exponunt, & recte; omnia in primis verbum Græcum πάρχος, mendicum propriè significat; ut etiam Latina vox pauper, non humilem propriè, sed egenum significare solet.

Deinde præmium illud (*Quoniam ipsorum est regnum celorum*) propriissimè respondet veræ paupertati. Præterea I. 6. Pauperes, qui beati esse dicuntur, non superbis, sed diuitibus opponuntur; sic enim paulò post subiungit Dominus: *Ve nobis dinitibus*. Deniq; Christus actu & affectu pauper fuit, & docuit sine dubio id quod ipse fecit. Præterea sapientis diuitias periculosa esse dixit; nam Matth. 13, comparuit spinis, quæ suffocant sementem; & Marci 10. *Quam difficile, inquit, quis pecunias habent, intrabunt in regnum celorum*. Et: *Facilius est camelū intrare per foramen acui, quam diutinem in regnum celorum*.

Hinc ergo sic argumentari possumus pro yoto paupertatis. Id omne Deo recte vovetur, quod ex eius testimonio scimus esse bonum, & illi gratum; sed paupertas voluntaria testimonio Christi bona est & Deo grata, cum beati dicantur eiusmodi pauperes, & illis promittatur regnum celorum.

rum in præmium; igitur eiusmodi paupertas Deo rectissimè  
vouetur.

**S E C U N D U M** testimonium est Matth. 19. vbi Dominus  
ait: *Si vis perfectus esse, vade, et vende omnia qua habes, et  
da pauperibus, et habebis thesaurum in cælo.* Et ibidem: *Ecce  
nos reliquimus omnia, et sequiri sumus te, quid ergo erit no-  
bis?* Et c. Quod enim hic detur consilium veræ abdicationis  
facultatum, suprà demonstrauimus in disputatione de con-  
siliis Euangelicis; quod autem hinc sequatur, posse voueri  
paupertatem, patet ex argumento paulò antè factò; & præ-  
terea ex vitroque testimonio non solum colligitur pauper-  
tatem rectè voueri posse, quod tamen ad rem nostram suffi-  
cit, sed etiam colligitur horratum esse Dominum ad voun-  
dam hanc paupertatem; parum enim prodesset dare omnia  
pauperibus, & fieri pauperem spiritu, si quis paulò post ite-  
rum rediret ad lucra, & opes comparandas; quocirca S. Pa-  
tres intellexerunt his testimoniis commendari paupertati-  
tem perfectam, quæ suscipitur cum proposito, & voto sem-  
per ita permanendi.

Itaque S. A V G V S T I N V S in epist. 89. quæst. 4. & in Psalm.  
103. concione 3. totum hunc locum refert ad professionem  
monasticam; & S. BERNARDVS in declamatione super  
hunc locum Euangelij: *Hæc, inquit, sunt verba, quæ contem-  
ptum mundi in uniuerso mundo, et voluntariam persuasere  
paupertatem, hæc sunt quæ Monachis claustra replent, deser-  
ta Anachoretis.*

**T E R T I U M** testimonium est Actor. 4. vbi sic legimus:  
*Multitudinis autem credentium erat cor suum, et anima sua,  
nec quisquam eorum quæ possidebat, aliquid suum esse di-  
cebat, sed erant illis omnia communia.* Quod autem ex voto  
ita viuerent primi illi Christiani in Hierusalem, docet san-  
ctus A V G V S T I N V S serm. 1. de communi vita Clericorum,  
vbi dicit, id ipsum se cum suis facere voluisse, quod primos  
Christianos fecisse testantur Acta Apostolorum iam citata,  
& tamen ibidem saepius repetit, nemini licere in tali vita  
habere proprium, idque ex professione facta Deo; sic enim  
loquitur de quodam Presbytero suo, qui contra professio-  
nem aliquid retinuerat, & inde Testamentum cum more-  
retur fecerat: *O dolor, inquit, illius societas, o fructus natus*

MORS

non de arbore, quam plantauit Dominus, sed Ecclesiam  
per se heredem: nolo numerare ista, non amo amaritudinem  
eum, ego illum Deo quarebam, Deo societatem professi-  
rat, hanc teneret, hanc exhiberet, nisi haberet, testamentum  
non faceret.

QVARTVM testimonium est Actor. 5. vbi Ananias  
Sapphira vxor eius, cum vitam communem proflerent,  
viderentur, & tamen aliquid proprij sibi clara retinuerat,  
continuò ab Apostolo Petro detecti & increpati, atq; à Deo  
inuisibiliter percussi interierunt. Hic Petrus Matyr in libro  
de votis dicit, se nullum votum videre; peccatum enim An-  
ania & Sapphirae fuisse mendacium, ambitionem, auaritiam  
& hypocrisim, non autem voti violationem, seu sacrilegium.  
Sed facilè possumus ostendere, primò ex circumstantiis loci  
huius, deinde ex testimoniosis Patrum, Ananiam & Sapphi-  
ram voulisse, & tanquam sacrilegij reos esse punitos.

Quod igitur Ananias & Sapphira vouerint vitam illam  
communem, colligitur ex illis verbis: *Fraudauit de prece  
agri, conscientia & xore sua.* Non enim fraudasse diceretur, p[ro]ut  
iam obligatam promissione, subripuisset; quod autem ten-  
non præceptam vouerint, patet ex illis verbis: *Nonne man-  
tibi manebat, & venundatum in tua erat potestate?* Quod  
denique votum illud Deo factum esset, & proinde cius vic-  
latio sacrilegium fuerit, testantur verba illa: *Anania, cui  
tentauit Satanas cor tuum mentiri te Spiritui sancto, et fa-  
dere de precio agri?* Quid enim est mentiri Spiritui sancto,  
nisi fallere fidem datam Spiritui sancto?

Posset quidem vixunque dici mentitus Spiritui sancto, si  
mendacium tantum S. Petro dixisset, in quo sine dubio erat  
Spiritus sanctus: tamē nemo negare potest, quin magis pro-  
priè dicatur mentiri Spiritui sancto, qui promittit aliquid  
Deo, & non seruat, quam qui mentitur homini alicui lan-  
cto. Præterea severissima illa poena, quam Deus ipse contin-  
nuò sumpsit de Anania & Sapphira, omnino clamans in eis  
illud peccatum fuisse, quam simplicis mendacij, & audaciae  
& ambitionis, atque hypocrisis; quomodo enim potuit pu-  
niri culpa illa atrocius? Itaque sine dubio sacrilegium fuit,  
quod eo modo puniri meruit.

Accedat iam communis expositio Patrum. S. Ioannes  
CHR.

CHRYSOSTOMVS homil. 12. in Acta Apostolorum: Quare, inquit, hoc fecisti? Voluisti habere? oportebat initio habere, & non promittere, nunc autem postquam consecrasti, manus sacrislegium commisisti; qui enī aliena rapit, forsan alienarum rerum desiderio rapit: tibi autem licebat tuaretur, curigitur sacra fecisti ea, & postea accepisti?

S. HIERONYMVS in epist. ad Demetriadem, quæ est Octaua 1. Tomi: Ananias inquit, & Sapphira dispensatores simul, immò corde duplice & ideo condemnati, quia post votū obtulerunt quasi sua, & non eius, cui semel ea voverant, parremq; sibi iam aliena substantia reservauerunt.

S. AVGUSTINVS serm. 27. de verbis Apostoli: Dum, inquit, ex eo quod promiserat, partem subtraxit, sacrislegij simul condemnatur, & fraudis. Et serm. 10. aliâs 12. de diuersis, in editione Louaniensi: Si Deo, inquit, displicuit detrahere de pecunia quam voverant Deo, quomodo irascitur quando voverunt castitas, & non exhibetur? Et infra: Potest igitur virginis sanctimoniis nubentis dici quod ait Petrus de pecunia; Virginitas tua nunquid non manens tibi manebat, & antequam eam voveres, in tua fuerat potestate?

S. FVLGENTIVS in epistola de debito coniugali, cap. 8. Quād, inquit, sit malum, quamq; sollicitè fugiendum, si quis de hoc, quod Deo voverit, aut resinere, aut rapere aliquid mortifera pruaricatione pertentet; exemplo sunt Ananias & Sapphira.

S. GREGORIVS lib. 1. epist. 33. ad Venantium: Ananias, inquit, Deo pecunias voverat, quas postea fictus persuasione Diaboli subtraxit, sed qua morte multatus est scis.

ARATOR lib. I. in Acta Apostolorum hunc locum enarrans, sic ait:

— Sed quod mutata voluntas  
Falsi crimen habet: cumq; est iam cautio voti  
Stare decet, nec velle prius violare sequenti, &c.

OECVMENIVS in commentario huius loci aliquoties sacrilegium vocat Ananiae peccatum. BEDA in eundem locum dicit, ab Ananiae exemplo natum esse deterrium illud Monachorum genus, quod Sarabitarum dicitur, qui sub vita, & professione monastica aliquid proprij retinere volūt. Atque hæc de Scripturis pro voto pauperatis.

Con

Confirmari potest hoc idem ex traditione Patrum. S. V. BANVS Papa I. in epistola sua decretali: *Quicunq; Gelfrin inquit, vitam communem suscepit, et vovit se nihil propri habere, videat ne pollicitationem suam irritam faciat.* S. SILIVS in constitutionibus monasticis, cap. vlt. dicit. *Monachum salutem animæ perdere, & furem esse, atque alrum Iudam, si quid priuati possideat. At cur ita, quælo, si la est promissio, nullum votum?*

S. HIERONYMVS in epist. 22. ad Eustochium de virginitate, scribit adeò arctam fuisse in Monachis sui temporis professionē paupertatis, ut nemini liceret vel necessarium tere; tametsi vigilabat præpositorum diligentia, ne cuius quod necessarium decesset: *Quia, inquit, non licet dicere quam, tunica, & sagum, textaque incisistrata non habent, ita uniuersa moderatur, et nemo quid postulet, nemini habeat.* Ibidem scribit, aliquando in monasterio quodam Nitriæ repertum fuisse Monachum iam moriturum, qui scio quot solidos sibi retinuerat: quo circa placuisse Melchioro, Isidoro, aliisque sanctis congregatis in unum, nam mortuo pecuniæ infoderentur, clamantibus omnibus, pecunia tua tecum sit in perditionem. Quod idem postea in simili casu fecisse S. Gregorium, scribit Ioannes Diaconus lib. 1. cap. 15. vitæ B. Gregorij, & ipse etiam Gregorius lib. Dialogorum, cap. 55.

S. AVGUSTINVS in Psalm. 25. Alius, inquit, sonet relinquare omnia, & ire in communem vitam, in societatem sanctorum; magnum votum vovit. Et lib. 17. de civitate Dei, cap. 4. Dixerunt, inquit, potentes illi, ecce nos relinquimus omnia, & sequuti sumus te. Hoc votum potentissimi volunt, sed unde hoc eis, nisi ab illo, de quo hic continuo distinxit, dans votum vovent?

Ioannes CASSIANVS li. 4. de institutis renunciantium, cap. 13. Illam, inquit, virtutem inter ceteras eorum institutives vel commemorare superfluum puto, quod scilicet nullam stellam, nulli peculiarem stellam liceat possidere, nec tale aliquis d, quod velut proprium retinens suo debeat communire signaculo. Et cap. 33. de hac ipsa renunciatione perfecta loquens: *Sicut, inquit, immensa gloria fideliter seruientibus Deo, ac secundum regula institutionem ei adhaerentibus repro-* missi.

mittitur in futurum, ita pœna grauiſſima preparantur his,  
qui tepide eam, negligenterq; fuerint exequuti, Et secundum  
hoc quod profesi sunt, vel quod ab hominibus esse creduntur,  
fructus etiam cōgruos sanctitatis eidem exhibere neglexerint;  
melius est enim secundum Scripturam sententiam, non vouere  
quemquam, quam vovere, Et non reddere.

Adde etiam Concilium AVRELIANENSE I. can. 21.  
vbi grauiter Monachi puniri iubentur, qui cōtra professio-  
nem suam aliquid proprij possidere voluerint.

Contrapupertatis votum una est obiectio Ioannis Bren-  
tij in Confessione VVirtembergica, capite devotis mona-  
sticis. Aut is, qui vouet, est pauper conditione, aut diues: si  
pauper est, nihil habet quod possit vovere se relietur aut  
daturum, sed debet ferre patienter crucem sibi à Domino  
impositam; quam si præterea vouet, idem facit, ac si in mor-  
bo voueret se ægrotaturum; qui est furor, non pietas: si au-  
tem diues est, aut vouet ponere omnia in commune, aut da-  
re omnia pauperibus propter maius meritum, & viuere de-  
inceps ex eleemosynis: si primū, nihil aliud agit, quam pro-  
uidere sibi de certiore, & copiosiore victu, quod est fugere,  
non amare paupertatem: si secundum, peccat contra fidem,  
& caritatem: cōtra fidem, quia unus est mediator Dei & ho-  
minum, qui nobis omnia meruit; cui facit iniuriam, qui suis  
proptiis operibus mereri se arbitratur; contra caritatem au-  
tem, quia caritas præcipit ne sine necessitate molesti simus  
proximo nostra mendicatione.

Respondeo ad PRIMVM membrum, etiam pauperes re-  
ctè vovere, & multum dare; dant enim id omne quod acqui-  
rere possent. AVGVSTINV S epist. 89. quæst. 4. Neque, in-  
quit, mihi minus imputabitur, quia diues non fui; nam nec  
Apostoli, qui primi hoc fecerunt, diutes fuerunt: sed totum  
mundum dimisit, qui, Et quod habet, Et quod optat habere  
dimittit. Neque est simile votum ægritudinis voto pauper-  
tatis; nam Christus dixit: Beati pauperes, non beati ægroti,  
Matth. 5. Et: Si vis perfectus esse, vende omnia qua possides,  
Et da pauperibus, Matth. 19. non autem si vis perfectus esse,  
proiice sanitatem, cura ut ægrotes, denique tenemur, si pos-  
sumus, sanare ægritudinem, ne nostræ mortis causa fuisse  
videamur: at ditescere nemo tenetur.

Ad

Ad SECUNDVM membrum dico, ponere omnia in  
munc, esse verè amare paupertatem; nam ille verè est  
per, qui nullius rei est Dominus, qui nihil habet quod  
dere, donare, permutare, destruere possit. & quam alio  
paupertatem elegerunt primi Christiani, nisi statim, qua  
mo aliquid diceret suum, sed essent illis omnia communia.

## Actor. 4.

Ad TERTIVM, nego esse contra fidem, dare omnia  
pauperibus propter maius meritum, alioqui Christus  
quid contra fidem consuluisset, cùm ait: *Vende omnia quae  
possides, et da pauperibus, et habebis thesaurum in celo.*  
Matth. 19. non enim pugnant merita nostra cum Christi  
meritis, sed ex illis potius ut effectus ex causa promana-  
nam sine Christi meritis nulla sunt nostra merita. ille enim  
præter alia, etiam potentiam merendi nobis acquisivit  
rito mortis suæ. Nego etiam esse contra caritatem præ-  
mendicare, quandoquidem neminem cogunt dare elem-  
synam mendicantes, sed potius occasionem diuitiis praæ-  
bent comparandi sibi regnum cœlorum. Sed de hoc nunc  
latius.

## CAPVT XXI.

## Devoto obedientia.

**D**AM verò OBEDIENTIAM religiosam restora-  
ueri Deo, his rationibus probari potest. PRIMO,  
grata est Deo obedientia etiam in iis rebus, quas  
ipse non præcepit; nam Hierem. 35. laudantur, &  
remunerantur à Deo filij Ionadab, qui, ut obedient par-  
suo, nō bibeant vinum, non serebant agros, non habebant  
domos, sed habitabant perpetuò in tentoriis: omne autem  
quod Deo gratum est, voveri illi potest, igitur obedientia,  
etiam alioqui non debita, Deo voveri potest.

Respondet Petrus Martyr in libro de votis, nihili indebet  
tum fecisse filios Ionadab; nam etiamsi Deus non iusserat il-  
lis, ut non biberent vinum, nec serebent agros, nec domos  
inhabitarent, iusserat tamen ut parenti obedirent, ac proin-  
de illi, dum patri obedierunt, id solum fecerunt, quod facere  
diuino præcepto tenebantur.

Sed